



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Assertiones Giliberti Porretani Pictauiensis episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1148.
EVGENIVS C. RHEMENSE. CONRADVS III. IMP.
LVDOVICVS VII. R. FR. 187

CONCILIVM RHEMENSE

^a CONTRA EON HÆRETICVM,
qui dicebat se esse Filium Dei, per quem omnis oratio
concluditur, cum dicimus: Per eum qui venturus est:
item contra assertiones Giliberti Porretani Piætäuensis
episcopi, aliisque de causis indictum & celebratum an-
no Domini MCXLVIII. tempore Eugenii papæ III.

ASSERTIONES GILIBERTI PORRETANI
Pictauiensis episcopi.

Q uod diuina natura, quæ diuinitas dicitur, Deus non
sit, sed forma qua Deus est, quemadmodum huma-
nitas homo non est, sed forma qua est homo.

Quod cum Pater & Filius & Spiritus sanctus vnum es-
se dicuntur, non nisi vna diuinitate esse intelligantur, nec
conuerti possit, vt vnu Deus, vel vna substantia, vel vnu
aliquid, Pater & Filius & Spiritus sanctus esse dicatur.

Quod tres personæ tribus vnitatibus sint tria, & distin-
ctæ proprietatibus tribus, quæ non sunt ipsæ personæ, sed
sunt tres æternæ, & ab inuicem a diuina substantia in nu-
mero differentes.

Quod diuina natura non sit incarnata.

FIDEI SYMBOLVM CONTRA præcedentes errores Giliberti.

Anno Domini millefimo centesimo quadragefimo octauo symbo-
lum istud sub Eugenio tertio papa in Rhemensi Conclilio firmatum
est a patribus prouinciarum.

Credimus & confitemur simplicem naturam diuinita-
tis esse Deum, nec aliquo sensu catholico posse negari
quoniam diuinitas sit Deus, & Deus diuinitas. Sicubi vero di-
citur: Domini sapientia sapientem, magnitudine ma-
gnum, diuinitate Deum esse, & alia huiusmodi; credi-
mus non nisi ea sapientia, quæ est ipse Deus, sapientem es-
se; non nisi ea magnitudine, quæ est ipse Deus, magnum
esse; non nisi ea æternitate, quæ est ipse Deus, æternum es-
se; non nisi ea vnitate vnum, quæ est ipse; non nisi ea diu-

Concil. Tom. 27.

Fidei sym-
bolū contra
errores Gi-
liberti.

Aa ij